de verbo ad verbum sequitur talis. Ego Antonius Sielava Archiepiscopus Metropolita Kiovien. Halicien. totiusque Russiæ Ritus Græci in Unione cum S. Romana Ecclesia constitutus meo, et omnium Illmorum Eporum Confratrum meorum, scilicet Vlodimirien. Chelmen., Pinscen., Smolescen., Premislien., Samborien., nec non universorum Capitulorum et totius Cleri in eodem Ritu Catholico existentium nomine ad notitiam universorum, et singulorum quorum interest deduco; Conceptas fuisse nobis inscijs à Dnis non Unitis Ruthenis in proximo anno 1641. celebratis huius Regni generalibus Comitijs, et in volumen Legum insertas duas Constones, quarum prior puncta pacificationis nec non diploma, et Commissiones in felici S. R. Maiestatis electione, et Coronatione ab ijsdem non Unitis, in præiudicium unionis et Unitorum conscripta et ab universis Ordinibus Regni peculiares factas, contra id totum protestationes reiecta, reprobata roborare, forumque hactenus Unitis et non Unitis in composito Judicio peculiari anni 1609. Constitutione, et satis longo usu firmatum, contra Immunitatem Ecclesiam immutare contendit; Posterior verò Villas certas Epatus Rutheni Premislien., et Monasteria duo Smolnicense videlicet et Onuphriense cum suis possessionibus ab Unitis alienare.